



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis  
Expositio**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Dispositio tractandorum. Cap. II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

ne atque adeo odiosa, ergo strictè sunt interpretanda ex dictis n. i. Tertio, quia partem discordare à toto, odio sum est, sed id continet per Privilegia Bullæ. ergo &c.

**Mendo d.** 4. Andreas autem Mendo à Dianam, alios p. Elucid. que citans, sustinet, esse amplè interpreta Bull. Cru. tauda; estque hoc item sententia satis probata n. 4. Et quoad Indulgentias, eam docet et rursum cō. jam b Sua:ez, aliisque, Nam primo quoad has træ Bardi Indulgentias, illæ sunt Beneficium Principis, in Appen. ergo cum sint sine præjudicio Terti, non est d.p.c.p. unde sint limitandæ: Neque cædem sunt b Suar. de contra Jus ullum; ipse enim ita commodum pœnit. qu. Fidelibus afferunt, ut nullum offendant; nam 62. jec. 5. Deo integra sit solutio, &, quandoquidem sit ex meritis infinitis Christi Domini, ejusque auctoritate, nullum subest periculum, quo ea merita, hoc est, meritorum Christi Domini Thesaurus exauriatur. Ecclesia item nullo pacto læditur, immo potius per acquistas Indulgentias purior, & in suis membris Deo gratior redditur.

5. Secundo, quo ad Privilegia continentia potestatem dispensandi vel comunitandi, vel abolvendi, idem dici potest, per ea scilicet, nec lædi Deum, nec Ecclesiam.

6. Tertio, quoad omnia Bullæ Privilegia probatur. Nam Privilegia & Beneficia concessa à Summo Pontifice in favorem fidei, & Religionis, quamvis exorbitent à Jure, amplè c. Azor. elle interpretanda, meritò docet c Azor. & d lib. 5. c. 23. Suar. quia debemus, quantum possumus fidei favere; ac judicare, Pontificem idem amplissimè facere voluisse. Semper autem hic, & in similibus, intellige in iis, circa quæ Pontifex, vel Princeps potestatem habet. At Privilegia Bullæ omnia (ut modo diximus) sunt concessa, ut Fideles excitentur, vel ad pugnandum, vel ad orandum, vel ad porrigendam eleemosynam contra Infideles; ergo, cum sint in favorem fidei concessa, amplè f. 2. sunt interpretanda.

7. Confirmatur, quia est probabilis opinio, lib. 7. de quæ tenet e Henriquez, aliisque, Privilegia Indul. c. 22. §. 11. concessa Communitatibus Religionum in ꝑ. c. 24. 5. perpetuum latè esse interpretanda: Cum enim Sanc. libr. Communatæ, & non unius Personæ concedantur, favorabilia sunt judicanda, quia æquiparantur legibus, perinde ac infra est in cor. 8. Matr. d. Salas Tr. p. num. 33. ratiū Juris: bono enim communī expedit, ut 14. d. 17. multa Privilegia concedantur Religionibus, sec. 6. ut iis beneficis illecti Fideles, eas promptius

plexentur. Probabile item est, idem debeat sentiri, (ut sentit Salas f. citatus) de Privilegiis concessis in favorem Caussæ pizæ. Unde #4. i. Azor l. c. id extendit ad concessa in favorem Personarum miserabilium.

Si hæc igitur sunt Probabilia, cur non erit item probabile id, quod asservimus de Bullæ Privilegiis, quæ sunt concessa Communitati Fidelium existentium sub Dominio Regis Catholicæ, eaque in favorem fidei, quæ est omnium Caussarum piarum excellentissima?

8. Rationibus in contrarium allatis n. 3. responderi potest, vel multa Privilegia Bullæ non esse odiosa, cum non sint contra Jus, vel esto sint contra Ideo non sunt vocanda odiosa, quia vincit favor fidei, vel illa alia capita numero præcedente indicata; unde potius sunt dicenda favorabilia.

Utraque ergo sententia probabilis est, amplectique ruto potest.

## C A P U T II.

### Dispositio tractandorum.

1. **S**ummarium Bullæ Cruciatae, quam nos explicandam suscipimus, invenies apud Ludovicum à Cruce in expositione hujus Bullæ ipso initio libri: ut etiam ibidem inventis ipsam Bullam originalem, quam vocant Plumbeam, seu Latinam, tandem etiam habes apud Mendo disp. prima.

2. Jam vero in ejus prima Clauſula conceditur Indulgentia iis, qui personaliter ad pugnandum contra Infideles se conseruent.

3. In secunda conceditur eadem Indulgentia iis, qui alios mittunt contra eosdem.

4. In Tertia conceduntur, præter dictam Indulgentiam, aliqua alia Privilegia Clericis, & Regularibus, qui exercitum contra Infideles comirantur.

5. In quarta, & sequentibus Clauſulis conceduntur Indulgentiae, & alia Privilegia iis, qui eleemosynam contribuunt ad prædictum finem.

6. Nos ergo, omissendo primam, secundam, & tertiam clauſulam, quæ ad nos hodie non pertinent: incipiemus à prædicta quarta, & deinde ceteras, suo ordine, Deo favente, prosequemur.

CLAU-